Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Increpatibile usque in aduentu dni pri iesu xpi
Alt. Factum est ut intraret iesus Autem
in synagogam et doceret Et erat ibi homo
et manus eius dextera erat arida Obserabat
autem scribe et pharisei si in sabbato curaret
ut inuenirent unde accusarent illum ipse ue
ro sciebat cogitaciones eorum: et ait homini
qui habebat manum aridam Surge: et sta in
medium Et surgens stetit Ait autem ad illos
iesus Interrogo uos Si licet sabbatis bonum fa
cere an malum animam saluam facere an perdere
Et circumspectis omnibus: dixit homini Exten
de manum tuam Et extendit Et restituta est
manus eius Ipsi autem repleti sunt insipi
entia: et colloquebantur ad inuicem quid na
facerent iesu feria sexta ad Corinthios.
Fres Reguant mors ab adam usque ad
moysen: etiam in eos qui non peccauerunt
in similitudinem preuaricacionis ade
qui est forma futuri Sed non sicut delictum
ita et donum Si enim unus delicto multi mortui
sunt: multo magis gracia dei et donum in gracia unius
hominis iesu xpi in plures habundauit Et non sicut
per unum peccantem: ita et donum Nam et iudicium
ex uno in condempnacionem: gracia autem ex
multis delictis in iustificacionem Si enim in unius
delicto mors reguauit per unum: multo magis
habundantiam gracie et donationis et iustitie
accipientes in uita reguabunt per iesum xpm
Alt. Cum sedisset iesus in domum petri: audit socrus